



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

49. Bona ecclesiastica usurpantes propria amittunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cum alii supra deductis, & est communis
 40 opinio favens ecclesie, quæ in iudican-
 do, & consulendo est tenenda, ut tenet
 idem Jaf. in dict. §. divi. 1, lect. num: 82.
 41 Nam similia statuta sunt abolenda, &
 cancellanda de voluminibus statutorum,
 ita quod, si in volumine statutorum repe-
 riat, statutum contra libertatem eccle-
 siæ, & in fine voluminis appositum aliud
 statutum, quod si quæ sunt statuta contra
 libertatem ecclesie sint cassa, & irrita, i-
 pso jure non suffragantur ad evitandâ pœ-
 nam excommunicationis, in dict. cap. no-
 verit. promulgatam, & in auth. cassa. inffi-
 ctam, nisi, ut supra deleantur, & abolean-
 tur, ut nunquam de facto possint in usum
 revocari. Bart: in d. auth. cassa: num: 6, &
 ibi Bald. u: s, & Abb: in consil: 83. num: 2,
 vers. quinimo, volum. 1.
 42 Experientia etiam docuit, quod, quo-

tiescunquè Reges belli, aut alia de causa,
 bona, fructus, seu redditus ecclesiasticos in
 eorum subventionem acceperunt, bello-
 rum eventus, & alii ab eis optati fines, ma-
 le successerunt, ita quod etiam profana
 bonis ecclesiasticis simul mista, brevius
 quam dici potest consumatur, & effluant,
 ut pluribus exemplis probat Petr: Ribadé.
 in tract. de relig. lib. 1. cap. vlt per tot.

Communitates verò, & Magistratus,
 qui oneribus bona ecclesiastica contra eo-
 rum immunitatem gravare non formi-
 dant, ultra centuras, & pœnas, de quibus
 supra, quas ipso facto incurrunt, alias etiam
 pœnas temporales non evadunt, quia hinc
 grandines, damnosa pruina, & alia fla-
 gella, quibus tam in personis, quàm in bo-
 nis temporalibus vexantur, iusto Dei ju-
 dicio, pro purgatione vel vindicta mittun-
 tur, c. Anast. 19. dist. 6. cum percussio. 7. q. 1

DE BONIS ECCLESIAE NON ALIE- nan dis. C. p. XV.

S Y M M A R I V M.

1. Alienatio de rebus Ecclesie fieri non potest.
2. Extravagans: Ambitiosa, an procedat etiam in bonis Ecclesie feudalibus, emphyteuticisve consuetis in feudari, vel emphyteuticari juxta consuetum, & num. 29.
 Res semel aff. & alienabilis semper durat alienabilis, ibidem.
 Cessante causa, cessat effectus, ibidem.
3. Concessionis causa, quando aliud du-
 rare videatur, & quomodo cesset.
4. Extravagans: Ambitiosa, an procedat tam in rebus magni, quam parvi, & exigui valoru.
5. Alienans aliquid de jure Ecclesie est honore privandus.
6. Extravagans: Ambitiosa, non procedit in bonis immobilibus pauci momenti, ut sunt terrula, & vineola.
 Res si sit alienanda, ut patet